

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1741

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546628

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628|LOG\\_0108](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628|LOG_0108)

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

CAPUT SECUNDUM.

II. HOOFTSTUK.

*Canarium Zephyrinum, sive Silvestre  
primum. Canari Barat.*

**H**ac species haud multum differt ab antecedente, que discrimen maxime consistit in anni tempore, arboribusque serotinis. Hujus trucus altior est, plerumque erectus, aliquando autem parum incurvatus, albo vel cinereo obductus cortice, qui in vetustioribus truncis ruffus appetet, instar casei cariosi, ejus coma non ita eleganter disposita est ac in domestica, sed incompta, ramique ejus sunt multo magis incurvi, & inter altissimas silvestraria arborum numeratur species, unde & vix conscendi potest, sed ejus fructus sponte decidunt. Hujus alae prope radices admodum sunt extensæ & ingentes, varias mentientes cellulas, saltem maximæ sunt inter omnes Canarii species, præfertim si in altis crescat montibus, si vero circa hominum domicilia fuerit posita, parvæ ejus sunt alæ.

Folia eodem modo locantur, uti in priore, quatuor vel quinque paria in una rachi, sed sunt multo minora quam in præcedente, inferiora nempe quinque vel sex pollices, superiora vero septem vel octo sunt longa, in junioribus vero arboribus decem vel undecim pollices sunt longa, binos cum dimidio tres pollices lata, horum autem odor non ita est resinosus quam antecedentis, superiusque acuminata sunt apice acuto ad pollicis circiter longitudinem, venis parallelis & flavescentibus pertexta, crassa, scabra, & obscure virentia, quodvis autem folium ad ortum suum tuberculum habet, uti quævis rachis ad ramos geniculata est, quæ porro rotunda est, parum striata, in medio sæpe uno altero geniculo distincta, totaque rachis ex sex constat paribus cum impari extremum claudente, quod raro deficit. Raches hæ ad ortum suum bina quoque auriculata, squamosa, & triangularia gerunt foliola, in quibus tamquam in vagina continentur, atque hæ squamæ sunt copiosiores & majores in silvestri quam in domestica specie. In ramorum summo ingentes quoque excrescent racemi ex crassis lignosisque constantes pedunculis, qui flores sustinent, domesticæ floribus similes, sed plerumque minores, hi autem flores primo constant binis tribusve capitulis sibi junctis, quæ sepe aperiunt in bina vel tria segmenta interne instar albiflorici splendentia, crateriformia, in quorum centro flosculi apparent ex tribus quoque parvis albis & oblongis petalis constantes, & crateriformes, qui in centro suo brevia crassaque continent stamina cum antheris croceis, quæ viride cingunt capitulum seu pistillum, quod in fructum excrescit. Capitula hæc bina vel tria viridia, antequam sepe aperiant, in bursula quasi occluduntur, quæ ex binis formata est foliolis, quæ post capitulorum aperturam ab utraque dependent parte instar Valvularum, odor est similis floribus Tjampaccæ, sed debilior est quam in domestica. Hi flosculi non ubique in racemo locantur, sed tantum in petiolorum extremo, ubi & quoque fructus progerminant.

Fructus hi domesticæ omnino sunt similes, præfertim secundæ & quartæ ejus speciei, illi autem ex plano ortu acutiores desinunt leviter acuminati, ex rotundo trianguli, si sint maturi, non ita elegantes, politi, nec nigri sunt ac domesticæ, sed magis fusi sunt, nec ultra sex octo uno ex racemo dependent, quum domestica plures gerat.

Nux ipsa formam habet & magnitudinem secundæ speciei simillimam, sed paulo minor est, & præterquam quod sit trigona, quodvis insuper latus prominentem gerit costam; putamen autem ejus crassum est, ac difficillime hæ nuces contusione aperiuntur, conusque illarum semper acutior est quam in domestica, tertium etiam segmentum aliquando bifidum est.

In aperta hac nuce maximum a priori observatur discrimen, in tres enim cellulas divisa est, quarum singula suum gerit nucleum domesticæ similem, sed paulo minorem, ejusdeinde saporis, sed substantiæ est

*De eerste wilde Canari-Boom.*

**D**it geflagt verschilt niet veel van 't voorgaande, inzonderheid van de twee laatste soorten, en het onderscheid bestaat meest in het Saysoen, en verlatenheid der boomen. Den stam schiet hooger op, heeft regt, en zomtyds wat bochtig, ook met een witte of ligt-grauwe schorsje bedekt, die aan de oude stammen rosachtig schijnt, gelyk vermufde kaas, de kruin is zo wel geschikt niet als aan de tamme, maar gebrooken, en de takken veel krommer; voorts werd by gerekent onder de hoogste Woud-boomen, daarom is by qualyk te beklimmen, maar men laat de vruchten van zels afvallen. De vlerken by de wortelen zyn zeer groot en breed, verscheide kamertjes afbeelden, immers de grootste onder alle de Canary-geflagten, inzonderheid als by in 't hooge gebergte staat, maar by de woningen der menschen staande heeft by ze klein.

*De bladeren staan op dezelfste manier, als aan de voorgaande, vier en vijf paren aan een rysken, maar zyn veel kleinder dan aan 't voorgaande, te weten de achterste vijf en zes, de voorste zeven en acht duimen, maar aan de jonge boomen tien en elf duimen lank, twee en een half en drie duimen breed, van zo versachtigen reuk niet, als de tamme, van vooren met een smalle spits, omtrent een duim lank, mede met evenwydige en gele ribben doortogen, dik, stijf, en swart-groen, hebbende ieder blad by den oorspronk aan den steel een knopje, als mede de ryskens aan de takken een knietjen, en zyn voorts ront, wat gesreept, zomtyds in de midden met een of twee knietjes gebogen en 't geheel rysken heeft zes paren, met een voor uit alleen, en zelden zonder dat. De ryskens by baren oorspronk hebben mede twee gebarde schubachtige, en driekantige blaadjes, daar in ze als in een scheede staan, en deze schuppen ziet men meer en grooter aan 't wilde geflagt, dan aan 't tamme. Aan 't voorste der takken komen mede grote troffen voort, van dikke boutachtige steelen gemaakt, daar aan ziet men 't bloeizel, dat van tamme heeft gelyk, doorgaans kleinder, in 't byzonder beslaat dit bloeizel eerst uit twee en drie groene knoppen tegen malkander gevoegd, die baar openen in twee a drie stukken, van binnen glimmende, als witte zyde, daar tusschen ziet men de bloempjes mede van drie kleine, witte, en lankachtige blaadjes gemaakt, een bekertje gelykende, en in 't midden der zilver staan enige korte dikke draadjes, met Saffraan-groene noppen, omringende een groen knopje, waar uit de vrucht werd. Deze twee of drie groene knoppen, eerze hun openen, staan gesloten in een beursjen van twee groene blaadjes gemaakt, dwelke naar 't openen te weder zyden afhangen, als klapmutzen, de reuk is mede als aan de Tsjampaccæ bloemen, doch slapper dan aan de tamme. Deze bloempjes staan niet over al aan den tros, maar alleen aan 't uiterste der takskens, gelyk ook de vruchten waassen.*

*Dexelve zyn de voorgaande tamme heeft gelyk, inzonderheid de tweede en vierde soort, doch deze loopen uit een breed begin scherper toe, en met een korte spitsje voor uit, mede uit den ronden wat drieydig; ryp zynde worden ze schoon, glad, en zo swart niet, als de tamme, maar blijven graauwer, en hangen niet boven zes a acht aan eenen tros, daar de tamme meer hebben.*

*De noote is in een gedaante en grootte, met de boven- genoemde tweede soort, of wat kleinder, en niet alleen drieydig, maar ieder zyde heeft in de midden nog een uitsteekende ribbe, hebbende voorts een dikke schaal, zy zyn moeylyk op te kloppen, en baar voorste punt is altijd scherper dan aan de tamme, en zomtyds is de derde kant in twee gedeelt.*

*In de opgebroekene vind men merkelyker verschil, want zy is in drie kamertjes verdeelt, waar aan ieder een byzonder korrel heeft, de tamme gelyk, doch wat kleinder, en van dezelfde smaak, maar vetter, en harder van substan-*

est pinguioris & durioris: Tres haec cellulæ in silvestri semper occurunt specie, sed in domestica casu & lusu tantum modo naturæ obseruantur, ac plurimum binæ occurunt, nec tertia semper nucleo repleta est, sed sœpius vacua, & parvum modo nucleus continens.

Hujus & altera reperitur species præcedenti multo minor; ejus nux vix digitum longa est, vere triangularis, in tres acutos divisa angulos, quodvis autem ejus latus seu segmentum digitum circiter latum est. Nux in cellulas itidem tres divisa est, inque iis unus alterve parvus & angustus nucleus, saporis dulcioris, sed fiscioris quam in priore, nec ita pinguis est.

Si hujus truncus incidatur, odorem fundit fortè & resinofum, ejusque resina alba copiosior est quam in domestica, Camphuræ nondum depuratæ vel Sebo simillima, quæ in magnis fructis colligitur, facibusque inservit, sed plurimum in terram prolabitur, atque cum aliis sese miscet foribus; cæterum tam gravem spirat odorem, ut intolerabilis fere sit: In arboribus Ceramensisibus, ac præsertim in Hatuwe haec resina copiosior inventitur quam in aliis locis, quæ ex albo flavescit instar Ceræ flavæ, sed fragilior est & mollior: Truncus supra alas adeo crassus est, ut duo vix viri eum amplecti possint, ejusque lignum multo solidius est & durabilius quam domesticæ, unde & ædificationibus etiam inservit.

*Anni tempus.* In initio mensium Occidentalium h. e. Septembri florent, unde & cognominantur, maturescunt vero Aprili; naturæ habentur magis silvestris, quam præcedens, quum arbores ob altitudinem adscensum non admittant, unde & vexationibus non sunt obnoxiae, atque illarum fructus avibus aprisque plurimum in cibum cedunt, nullos quoque habent dominos vel possefiores, licetque cuivis illas excidere, uti & reliquas silvestres arbores.

*Nomen.* Canarium Zephyrinum sive Silvestre primum. Malaise Canari Barat, h. e. Canarium Occidentale, quum mensium Occidentalium tempore floreat & maturascat: Item Canari Utan, h. e. Canarium silvestre, & primum, quum alterum verum sit silvestre: Amboinice Yar vel Yal-Halat vocatur, quidam illud etiam nominant Canarium Kitsjil, quum ejus folia & fructus sint minores quam in domesticæ speciebus.

*Locus.* In iisdem crescit locis, in quibus domesticæ, sed in silvis, magisque remota ab hominum ædificiis, immo etiam in quibusdam reperitur insulis, in quibus nullæ occurunt domesticæ, uti in Banda in altiore Lonthoræ terra.

*Uſus.* Hi fructus, uti dictum, in Amboina raro colliguntur, quum domesticæ speciei sint copiosi, licet delicioris saporis, duriorisque sint substantiae, quam majores, sed nimis multo constant labore, antequam aperiuntur, & ut nuclei sint integri.

Arborum trunci, qui rectissimi & altissimi sunt, aperti sunt optimique ad navium malos, licet non admodum sint durabiles, siquæ cæsi sunt, facile disrumpuntur. Nostra tamen ratio hisce sœpius fuit usæ, hosque in malos ex Amboina pro Bataviæ officina navigatoria arcessiverunt. Lignum vero alarum ad eadem opera supra memorata adhibetur, quibus etiam melius inservit.

Anno 1669 ex Xulabessi ad me delata est alba, mollis, & recens resina, optime referens albam Damaram, quæ ex vetustis silvestribusque Canariis colligitur, sed pinguior erat, hujusque nux vix digitum articulum longa erat. Triangularis quoque erat, sed tertia ejus pars multo angustior erat binis reliquis, sed ob crassum ejus putamen parvumque nucleus non editur: Folia autem simillima erant præcedenti Canario, sed paulo minora, truncus ejus quoque alatus erat ab inferiore parte, in altis hujus insulæ montibus crescerebant haec arbores. Resina ibi parum colligitur, facibusque infestvit, uti alia Dammaræ, licet graviorem præbeat odorem: ad differentiam prioris vocari potest resina Canarina de Xulabessi.

Canarii lignum non tantum utile est malis, sed etiam operi sciriario, ex quo cistas formant, poliri enim facile potest, nostroque ligno Fagiño simile est.

Hujus generis arbor videtur esse in Sina crescens  
Cana-

stantie. Deze drie celletjes moet men ordinaris in 't wilde geslagt vinden, maar in de tamme zynze by geval, en heeft maar twee, 't derde kamertje is ook altyd niet vol, maar dikwils leedig, en met een klein korrelje bezet.

Ten tweeden, hier van heeft men nog een tweede zoorte, veel kleinder dan de voorgaande, want 't Nootjen is pas een duim lank, regt drievoekig, met driescherpe kanten verdeelt, blyvende ieder syde een kleine vingerbreet. Binnen zynze mede in drie celletjes verdeelt, en daar in maar een a twee kleine en smalle korrels, zoeter, maar drooger van smaak dan de vorige, met weinig vettigheit.

Als men in de stam kapt, geeft by een swaare hersachige reuk van zig, en meer witte hers dan de tamme, den vuilen Camper of ongel gelyk, 't welk men in groote klonters by malkander vergadert, en tot toorzen gebruikt, maar 't valt meest op de aarde, en vermengt zig met andere vuilheid; anderzins mede zo sterk van reuk, dat het qualyk te verdragen is: aan de Ceramze boomien, inzonderheid op Hatuwe, vind men dit hers of Dammer overvloediger dan op andere plaatzen, uit den witten naden geelen trekkende, als geel was, doch broffer en weeker: de stam boven de vleugels kunnen twee mannen pas omvatten, en zyn bout is vaster en duurzamer dan aan de tamme, dierhalven tot eenig timmer-werk gebruikelyk.

Sayfoen. Zy bloeyen in 't begin van de Wester Mousson, in de maand September, waar van zy haare toenaam hebben, en werden ryp in April van de zelfste Mousson, men boutze voor wilder van aard dan de voorgaande, om dat de boomien wegens haare boogte niet te beklimmen zyn, en men laatze dierhalven ongemoeit staan, dies bare vrugten heeft de vogels en wilde Verkens ten prooye werden, zy hebben ook geen eigenaars, en men magze vryelyk ommaken, gelyk andere wout-boomen.

Naam. Canarium Zephyrinum sive Silvestre primum. Op Maleys Canari Barat, dat is Wester Canari, om datze in de Wester Mousson bloeft, en ryp werd. Als mede Canari Utan, dat is wilde Canary, de eerste, om dat 'er nog een andere regte wilde is, op Amboins Yar of Yal Halat, zommige noemen 't ook Canary Kitsjil, om dat zyne bladeren en vruchten kleinder zyn dan aan de tamme geslagten.

Plaats. Zy wasschen op dezelfde plaatzen daar de tamme, doch meer in 't gebergte, en van de wooningen der menschen afgezonerd, ja ook op zommige Eilandien, daar geen groote tamme zyn, gelyk in Banda op het hoge land van Lonthor.

Gebruik. Deze vruchten, als gezegd, werden in Amboina weinig ingezameld, daar men de tamme zoorte in meenigte heeft, hoewelze smaakelyker en harder van substantie zyn dan de groote, maar ze kosten te veel van moeten, om op te kloppen, dat de binnenste korrels gehel blyven.

Het bout van de stammen, dat men zeer regt en boog kan vinden, is bequaam om masten daar van te maken, hoewelze niet zeer durabel zyn, en alsze gewelt lyden, kort afbreken: Evenwel hebben onze Natien zig dikwils daar mede moeten behelpen, en dierhalven deze masten van Amboina voor Bataviaas Timmer-werk ontbooden. Het bout van de breede vlerken aan den stoel werd tot dezelfste werken gebruikt, als boven gezegd, waar toe 't bequaamer is.

Anno 1669. is my van Xulabessi gebragt een wit, week, en vers hers, zeer gelyk de witte Dammar, die men van de oude wilde Canary-boomen bekomt, maar vetter, 't nootjen daar van was schaars een lidt van een vinger lank. Zy was driezydig, doch de derde syde was veel smalder dan de twee andere, en wegens zyne dikke schaal en kleine heest werd het niet gegeten. De bladeren zouden gelyk zyn die van de voorgaande Canary, doch wat kleinder, de stam heeft ook eenige vlerken aan 't onderste. Zy wasschen in 't hoge gebergte van dat Eiland. Het hers vergaderen aldaar weinig, en gebruiken het tot toortzen, gelyk andere Dammar, hoewelze vry wat sterker van reuk valt. Tot onderscheid van de bovenstaande mag menze noemen Xulaafche Canari Dammar, in 't Latyn Resina Canarina de Xulabessi.

Het Canary-bout is niet alleen dienstig tot masten, maar ook tot schrynw-werk, om kisten van te maaken, want 't laat zig glad werken, en gelykt zeer ons Beuken-bout.

Van deze zoorte schijnt te zyn de boom in Sina was-schen-





*Cana* vocata, forma & crescendi modo simillima *Canario* parvi-folio, sed ejus folia sunt etiam minora, ejusque fructus sunt oblongo-acuti, nucesque sunt trigonae, ab utraque parte acuminatae, in tres quoque celulas divisae, in quibus tres angusti continentur nuclei.

Hæc autem Sinenis *Cana* in meo plantata horto, ex foliorum forma exhibebat non esse *Canarii* speciem, sed ex genere *Pruni Cerei*, in Europa satis noti, de quo in *Auctuarii Capite quinto* plura vide.

Hæc *Canarii* arbores in Cerama aliisque majoribus insulis crescentes tam copiosam exhibent resinam, ut in magnis frustis conisque ex truncis dependeat, immo ex ipsis crassioribus ramis, sed tum arbores vestitissimæ sunt, nec ab hominibus vexatae: Resina hæc primo alba est, liquida, & viscosa, dein flavescit, & indurescit instar ceræ, sed non ita gravis ingratiæ odoris est quam junioris arboris vel *Canarii* domestici, sed substantia, colore, & odore adeo similis est *Gummi Elemi*, ut pro eo haberetur, & quis scit, an non eadem sint arbores: Quod determinari posset, si nobis species *Æthiopicæ* istius arboris esset nota, ex qua *Gummi illud Elemi* fluit.

Dicitur *Gummi Elemi* resina esse *Oleæ Æthiopicæ*, sed alii putant ex *Cedri* specie profluere, alii vero dicunt incognitam esse huc usque arborem: Haud male hallucinari quis possit, fructus istius arboris parvos oblongosque esse *Canarios*, quos peregrini pro *Olivis* habuerunt, quibus semi-maturi *Canarii* simillimi sunt, sive merito & cum ratione nostra *Canaria Dammara Indicum* vel *Amboinense Elemi* esset, uti & mihi notum est, *Chirurgos* quosdam hacce *Canaria Dammara* defectu *Elemi* ad *Emplastrum temporalia usos* fuisse, quæ temporibus applicantur ad *Catharros* revellendos. Liquefeci istam *Canarinam Dammaram*, ut a fordibus depuraretur, atque ex ea plantas formavi, quæ semi-pellucidae erant, ex flavo ad ruffum vel pallide rubentem accedentes colorem, odoremque habebant jucundiorum cruda, sed facillime ac minutissime frangentes, & instar vitri splendentes. In vase vel olla fervandæ sunt separatim, alioquin odorem suum fortissimum & penetrantissimum aliis inbuit rebus hæc resina, quæ ipsi adjacent, quique nunquam abit.

Ex hisce patet absurdilla sententia, quam quidam fovent, censentes *Ambram* albam seu *Sperma Ceti* in *Massa*, quæ in hisce Orientalibus insulis mari innat, nihil aliud esse nisi talem *Canarinam Dammaram*, quæ casu in mare abrepta cum arena, lapillis, conchis que mixta in hoc *Sperma Ceti* degeneraret, si vero quis modo attendat ad sebaceum *Spermatis Ceti* odorem, & ad resinofum illum *Dammaræ Canarinæ*, qui nunquam perit, quamdiu etiam in aqua volvitur marina, facile dignoscet, res esse diversæ originis.

### Tabula Quadragesima Octava

Ramus exhibit *Canarii Zephyrini*, quod *Canarium silvestre primum*, seu *Canary Barat* vocatur, ubi in ejus superiore parte corymbi floriferi & frugiferi apparent.

### O B S E R V A T I O.

*Arbor*, quæ *Gummi Elemi* fundit, est illa, quæ a *Rayo in hist. pl. p. 1546* vocatur *Arbor Brasiliensis*, *Gummi Elemi* fundens, foliis pinnatis, flosculis verticillatis, fructu Olivæ figura & magnitudine, quæ *Icicaria a Pisone* & ejus *Gummi Icica* vocatur *pag. 122 edit. 1658.* cuius vero florum ortus a nostra differt figura, foliatura autem melius respondet, ut & illius, quæ *Elemifera Curaçavica* arbor ab *Herman.* in *Parad. Bat. Pr. p. 332* exhibetur, cuius figura occurrit in *Plukn. Phyt. Tab. 173. Fig. 5.* Est & arbor in *Zeylana* frequens quæ *Kækuriaghaba odorata*, ex qua fluit *Gummi Elemi*, vocatur *Herman. in Mus. Zeyl. pag. 52.* quæ in *Theb. Zeyl. pag. 28.* re-sensetur, cum qua forte convenit *Pœnou H. Malab. part. 4. Tab. 15.* ubi & in notis alias arbores *Gummi Elemi* fundentes commemorantur, cuius generis & aliam quoque exhibit *Plukn. in Phyt. Tab. 217. Fig. 4.* ita ut variæ sint arbores, quæ hoc *Gummi* fundant, quarum & alias collegit *Sam. Dale* in *Pharmac. pag. 337. Valent. hist. simpl. reform. p. 258.* & *Herm. in Mat. Med. p. 207.* dicit colligi ex arbore *Indica prunifera*.

schende *Cana* genaamt, van gedaante en wasdom de klein-bladige *Canary gants* gelyk, doch de bladeren zyn nog al kleinder, de vruchten zyn lankwerpig-smal, zo mede de nootjens driekantig, achter en vooren spits, binnen mede in drie celletjes verdeelt, en daar in drie smalle beestjes.

Doch deze *Sineesse* *Cana* in mynen Thuin geplant, be-toonde aan forme der bladeren, datze geen *Canaris* zyn, maar uit het geslagt van *Prunum Cereum* of geele prui-men, in Europa genoeg bekent, waar van ziet meer in myn Auct. cap. 5.

Dit flag van *Canary-boomen op Ceram*, en andere groote Eilanden waſſichende, geeft zo overvloedige bars, datze met groote klonteren en keegels aan den stam hangt, ja zelfs aan de dikke takken, maar als dan moeten de boomen zeer oud zyn, en van menschen ongemoeid blijven. Dit bars is eerſt wit, vloeayend, en kleverig, daar na werd het geelachtig en hard, als was, niet zo wreet en onaangenaam van reuk, als dat van de jonge boom of tamme *Canary*, maar komt aan substantie, couleur, en reuk het *Gummi Elemi* zo na by, dat men het daar voor zoude aanzien, en wie weet, of het niet eenderlei boomen zyn. Zo ons de gedaante van dien *Æthiopischen boom* bekent was, waar van het *Gummi Elemi* komt.

Men zegt wel, dat *Gummi Elemi* een hers zy van den *Æthiopischen Olyf-boom*, hoewel 't andere bouden voor een soorte van den *Ceder-boom*, andere voor een onbekenden boom uit die Landen. Men zoude niet qualyk kunnen giften, dat die vruchten van dien boom kleine lankwerpige *Canaris* zyn, dewelke de vreemdelingen voor *Olyven* hebben aangezien, daar de half-type *Canaris* vry wat na gelyken, en zo zoude men met reden onze voornoemde *Canary Dammar* voor een *Oost-Indisch of Amboins* *Elemi* mogen bouden, gelyk ik ook weet, dat zommige *Chirurgys* deze *Canary-Dammar* by gebrek van *Elemi* tot swarte hooft-pleisters gebruikt hebben, die men aan't hoofd draagt, om de *Catharrus* uit te trekken. Ik heb de voorschreven *Dammar-Canary* ook smelten laten, om van de vuilheid te zuiveren, en dan in koeken laten gieten, dewelke half-doorschijnende wierden, uit den geelen na't rosse of ligt-roode trekkende, lieftlyker van reuk dan 't raauwe, maar zeer kort afbreekende, en blinkende als glas. Men moetze in een doos of pot afzonderlyk bewaren, want anders deeltze baren sterken reuk mede aan alle dingen, daarse by leid, dieze ook nooit verliest.

Hier uit blykt het absurdie gevoelen van zommige, die meenen, dat de witte *Ambra* of *Sperma Ceti* in *Massa*, 't welk men in deze *Oostersche Eilanden* de Zee ziet uitdryven, niet anders zy, dan een zulk *Canary Dammar*, het welk by geval in Zee gevoert zynde, met zant, steen, en schulpjes vermengt, in dat *Sperma Ceti* verandert werde, maar als iemand slechts wil letten op den traan of ongelachtigen reuk van het *Sperma Ceti*, en op den hersachtingen van *Dammar-Canary*, die nooit vergaat, hoe lang het ook in Zee-water rold, die zal lichtelyk kunnen afneemen, dat het dingen van verscheiden oorpronk zyn.

### De Acht-en-veertigste Plaat

Vertoont een Tak van het *Canarium Zephyrinum*, ofte de eerste wilde *Canary-Boom*, die *Canary Barat* genaamt wert, met zyn bloem en vruchtdragende troffen.

### A A N M E R K I N G E.

De Boom, die het *Gom Elemi* geeft, is eigentlyk die geene, die van *Ray* in zyn *historie der planten p. 1546* genaamt wert *Arbor Brasiliensis* *Gummi Elemi* fundens, foliis pinnatis, flosculis verticillatis, fructu Olivæ figura & magnitudine, welke is de *Icicaria* van *Piso* in zyn edictie van 't jaar 1658. pag. 122. welkers bloemen dog van onze figuur verschillen in hun oorpronk. dog de bladen komen meer overeen; als mede van die geene, die de *Elemifera Curaçavica* arbor genaamt wert van *Herman* in zyn *Par. Bat. Pr. p. 332.* welkers figuur gevonden wert by *Plukn.* in zyn *Phytogr. Tab. 193. Fig. 5.* Daar is ook een Boom in Ceylon groeiende, die de *Kækuriaghaba odorata* genaamt wert, ex qua *Gummi Elemi* fluit van *Herman* in zyn *Mus. Zeyl. pag. 28.* welke in myn *Theb. Zeyl. p. 52.* aangehaalt wert, en mogelyk overeenkomt met de *Pœnou* van de *Hortus Malab.* in het 4de deel *Tab. 15.* beschreven en verbeelt, alwaar in de aantekening op p. 35 meer andere boomen, die dit *Gom* geven, vermeldt werden, van welke zoort ook *Plukn.* in zyn *Phytogr. Tab. 217. Fig. 4.* een vertoont. Zo dat 'er verscheide boomen zyn, die het *Gummi Elemi* geven, waar van nog meer anderen vergadert heeft *S. Dale* in zyn *Pharmac. pag. 337. Valent.* in zyn *hist. simpl. reform. p. 258.* en *Herman.* in zyn *Mater. Medica* pag. 207 zegt; dat ze verzamelt wert uit een Oost-Indische *Pruim*-dragende Boom.

In Auctuarii capite quinto sequenti describitur modo

*Canarium Sinense seu Cana.*

**A**RBOR hæc Sinensis mixtam videtur habere formam Canarii & Pruni Cerei, unde & obiter ipsam descripti in *Herbarii libr. 3. cap. 2.* ad *Canarium Zephyrinum*, hic autem ejus historiam latius deducam, prout eam observavi in horto meo vegetam, & productam ex seminali officulo ex Sina delato. Intra annum ultra hominis altitudinem excrescebat trunco erecto, cuius superior pars erat lanuginosa, ut & rami ejus laterales, in quibus tria quatuor foliorum paria opposita cum inpari locantur, uti veri Canarii folia, quæque superiora erant, sex septem pollices longa erant, inferiora vero quatuor & binos lata pollices, in adultioribus vero & vetustis arboribus audiri multo esse minora, horum oræ sunt æquales & integræ, in teneris vero ac junioribus foliis tenuissime dentatae erant, cuius & vestigium in superiore subsequentium parte apparebat: Ad partem infimam sunt latissima hæc folia, inque apicem acutum desinunt, quæ brevibus insident petioli: Nervus medius ab utraque protuberat parte, qui dividitur in majoribus in duodecim, in minoribus in septem vel octo costas sinuosas, contritorum horum foliorum odor est resinosus, maximeque ad *Canarium* accedit: Flores me haec latent. Fructus vero sunt oblongi, ab utraque acuminati parte instar *Prunorum* cereorum, nux interna optime refert oblongum sylvestre *Canarium*, quod *Nanary* vocatur, ab utraque nempe parte acuminata & trigona, in tres quoque cellulas divisa, in quibus tres angusti locantur nuclei.

Hujus tres numerantur species. Prima dicitur *Tjaca-na*, quum fructus ejus sit lignosus, quique maximus est, & officula maxima habet vulgari *Canario* similia, cuius descriptio data est. Secunda vocatur simpliciter *Cana*, cuius fructus referunt *Canarium* trigonum, odoratum, ab utraque vero parte sunt acuminati instar officularum *Pruni* cerei. Tertia & minima species nominatur *Tengio-Cana* h. e. *Cana* *Caryophyllaceae*, quum ejus officula formam gerant *Caryophyllorum*, optimique sint fæporis: Omnes autem hæc tres species in altas & erectas excrescent arboreas, ex corticibus truncorum hinc inde quoque exfudat Gummi nigrum, sed rarum, quod durum est & concrescit, carbonibusque inpositum haud injucundum præbet odorem.

*Nomen.* Latine *Canarium Sinense*, vulgo *Sinees Cana*.

*Locus.* Crescit autem in *Sina*, *Tunquin*, & *Cochinchina*.

*Usus.* In *Sina* ejus fructus usurpantur æque crudi ad tragemata aliosque cibos, uti hic *Canarii* fructus adhibentur, ac muria conditi, qui in has sæpe transfruntur regiones, quodque mirabile est, *Sinenses* his utuntur ad sitim extinguendam, quum itinera instituant, licet quam maxime falsi sint cum parva austerritate, omnes autem hæc tres species adhibentur tam ad fercula, quam quod sola edantur, *Sinenses* enim hosce fructus tanquam alimentosum habent valdeque nutrientem cibum: inepti autem sunt ad Oleum exprimentum.

In primæ speciei nucleis sculptores suam exercent artem, qui enim plurima ipsis insculpit hominum capita, palmam accipit, talemque servo nucleus, in quo octodecim distinctæ apparent atque notatae sunt facies.

In het 5de Hoofdstuk van het Auctuarium vint men op de volgende wyze beschreven

*De Sineesse Canary-Boom.*

**D**ESEN Sineessen boom schynt een gemengd fatzoen te zyn van 't *Canarium* en *Prunum Cereum*, wenselven ik hem ook ten deele beschreeven heb in myn Kruydboek lib.3. cap.2. onder 't *Canarium Zephyrinum*, doch bier zal ik zyn Historie wat uitvoerlyker stellen, zo als by zig vertoond heeft in mynen Thuin, gewassen van een gedroogde korrel uit *Sina* gebragt. Hyschoot binnen een jaar hooger dan een man op met een regt stammetje, wiens bovenste deel wolachtig was, gelyk ook de zydetakken. Aan dezelve staan 3. en 4. paar bladen regt tegens malkander, met een voor uit alleen, gelyk de *Canary* bladeren; de voorste aan de ryskens van dezen boom, zyn 6. en 7. duimen lank, de achterste 4. en 2. breed, doch aan de oude boomen versta ik, datze veel kleinder zyn. Hare kanten zyn effen, doch aan de eerste uitkomende blaadjes waarenze fyn getandt, waarom men nog de voetstappen aan 't voorste deel der volgende bekennen kon. Omrent het achterste zynze op 't breedft, en eindigen in een lange spits, staande op korte voetjes. De middel-zenuwe puilt boven en onder uit, verdeelt zig aan de groote in 12., aan de kleine in zeven of acht ribbekens, die bogtig lopen; de reuk aan de gevreevene is hersachtig, en trekt merklyk na de *Canary* reuk: Het bloeizel is my nog onbekend. De vruchten zyn lankwerpig, achter en vooren toege spitst gelyk de gele *Pruimen*, het binnenste nootjen gelykt best na een lankwerpige wilde *Canary*, die men *Nanary* noemd, te weeten, achter en vooren spits, en driekantig, binnen mede in 3. celletjes verdeelt, en daar in 3. smalle beeftkens.

Men heeft 'er drie soorten van: De eerste is genaamt *Tsjacana*, om dat het grof is als bout, zynde de grootste van vruchten en steenen, onze gemeene *Canary* gelyk, waar na de beschryving gemaakt is. De tweede biet slechts *Cana*, welkers vruchten gelyken ons *Canarium Trigonum Odoratum*, doch aan beiden einden toege spitst, gelyk de korrels van voornoemde gele *Pruimen*. De derde en kleinste biet *Tengio Cana*, dat is *Garyoffel-Cana*, om dat het van binnen kleine korrels heeft als *Kruit-nagelen*, het beste van smaak, alle drie werden booge en regte boomen, uit de schorste des stams sweet hier en daar, doch spaarzaamlyk een swart Gom, 't welk hard opdroogt, op kolen gelegd niet onliefyk van reuk.

Naam. In 't Latyn *Canarium Sinense*, in 't gemeen Sinees Cana.

Plaats. Zy wasschen in *Sina*, *Tunquin*, en *Cochinchina*.

Gebruik. In *Sina* werden de vruchten gebruikt zo wel rauw tot Banquet-werk, en verscheide koeken, gelyk men bier met de *Canaris* doet, als ook ingepeekelt, dewelke men somtyds in deze Landen vervoerd, en het welk wonder is, de Sineesen gebruiken ze om den dorft te verlaan alsze ryzen, hoewelze uittermaten zout zyn, met een kleine wrangigheid, alle drie werden zo wel gebruikt tot toespys als alleen om te eten, want de Sineesen houden ze voor een voedzame kost. Om Oly daar van te maken zynze onbruikbaar.

Aan de korrels van de eerste soort willen de Beeldhouwers haare konft betonen, want die de meeft koppen daar op snyden kan, vint den prys. Ik heb een zulken korrel waar op 18. volkome aangezigten te kennen zyn.